



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldu>

Lvgdvni, 1585

De diuersis speciebus amoris proximi. Et primo de amore parentum. Cap.
XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

per mortē, vel per excommunicationē. Ps. Dedisti metuē tibi te
 significationē, vt fugiāt à facie arc⁹. Pena presēs significatio est
 futurē. Cū alijs presenti pœna punitur, cogitare debemus qua-
 liter De⁹ percutiet vbi nō parceret, ex quo ita percutit vbi parcerit.
De diuersis speciebus amoris proximi. Et primo de amore parentum.

CAP. XI.

Primo de amore parentū dicturi sumus. ¶ Secūdo, de amore
 inter virtutē, & vxorem. ¶ Tertio, de amore honorū. ¶ Quar-
 to, de amore inimicorum. ¶ Quinto, tangemus aliquid de vera
 Amicitia. ¶ Circa primum notandum, q̄ amor parentum multū
 Deo placet, qui tantū parentum nomē diligit, q̄ seipsum patrē
 iussit dici, vt ait Hieronymus. Homini etiam multū prodest.
 Tempus enim viuēdi extēdit: iuxta verbum eiusdē. Basilius: Pa-
 rentes nostros, vt propria viscera diligamus. Ad hūc amorē nō
 est necesse multū homines incitare, cum natura ad hoc incitet.
 Superna cum est in id nos impelli in quod nos imus. Amor ta-
 men iste nō debet esse amor Dei cōtrarius, sed subiectus. Matt.
 10. Qui amat patrē & matrem plusquam me, nō est me dignus.
 Greg. in homil. Amerur in hoc mūdo quilibet aduersarius: sed in
 vita Dei cōtrarius non amerur, etiā propinquus. Hiero. in epist.
 Honora patrem tuum, sed si te à verō patrē nō separat. Tandiu
 caro carnis copulā, quandiu ille suū nouerit creatorem. Amor
 Dei dominari debet in homine, nō amor carnalis. 1. Reg. 2. Re-
 prehēdit Dominus Heli de hoc q̄ filios suos ei prētulerat. Qua-
 re calce abieciisti victimam meā, & munera mea quæ præcepi,
 vt offerretur in tēplo: & honorasti magis filios tuos quā me? Et
 2. Mach. 7. legitur de quadam bona matre, q̄ filios septē pereū-
 rit sub vnius diei tēpore conspiciēs, bono animo ferebat. In ea
 vitē vincebat amor Dei amorē filiorū. Et Abrahā paratus fuit
 filium propriū occidere propter Deum. Gene. 22. Et Leuitā pro-
 pinquos suos occidere ad præceptum Moyſi serui Dei. Exo. 32.
 & Luc. 14. legitur: Si quis venit ad me, & nō odit patrem suum,
 & matrē, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autem
 animam suam (id est tēporalē vitā) nō potest meus esse disci-
 pulus. Non sunt agnoscendi propinqui, secūdm carnē, si salu-
 tem impediunt. Hier. in epistolis. Ecce, inquit, aduersarius Chri-
 sti in pectore tuo conatur occidere, licet paruulus ex collo pē-
 detur nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera quibus te
 nuterat mater ostēdat, licet in limine iaceat percalcātū perge-
 ratem, sicis oculis ad vexillū crucis euola. Solū pietatis genus
 est in hac re esse crudelē. Idē: Gladium tenet hostis, vt perimat,

& ego de matris lacrymis cogitabo. *Matth. 5.* Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Maxime in his qui viam perfectionis aggressi sunt, non debet dominari amor carnalis. Vnde Dominus cū diceretur ei, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant querentes te, Respondit: Quæ est mater mea & qui sunt fratres mei? *Matth. 12.* Ber. in sermonibus: Quantum de mundo sumus, debitores constat nos esse parētib; At postquam reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum solitudine liberi sumus.

¶ *De amore inter virum & uxorem.*

CAP. XII.

Dicendum de amore qui est inter virum & uxorem. Color Viri diligite uxores vestras, & nolite esse amari ad illas: notandum quod 16. sunt per quæ possunt viri induci ad amandū uxores suas. ¶ Primum est, exemplū Christi. *Eph. 5.* Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Et potest hæc similitudo in duobus articulis. Primo, in hoc quod desideret salutem uxoris. Christus enim pro salute ecclesie mortuus est. Secundo in hoc, quod si adulteret, & post poeniteat, eam misericorditer recipiat. *Osee 3.* Dilige mulierem dilectā amico, & adulterā: sicut diligit Dominus filios Israël, & ipsi respiciunt ad Deos alienos. Et *Iere. 3.* Tu fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. *Aug.* Quid tibi durum videtur, ut adulterium reconcilietur cōiunx? si fides adsit, nō erit durum. Ceterum enim adhuc depuramus adulteros, quos credimus poenitentia sanatos: Itē non erit turpis nec difficilis etiā perpetrata, & purgata adultera, reconciliatio cōiugum: vbi per claves regni cælorū non dubitatur fieri remissio peccatorum: nō vt post Christi diuortium adultera reuocetur, sed vt post Christi consorcium adultera non vocetur. ¶ Secundum est hoc, quod corpus mulieris est ipsius viri: vnde debet amare illud tanquam suū. *Matth. 10.* nō habet potestatem sui corporis, sed vir. *2. Corin. 7.* Ad *Eph. 5.* Viri debent diligere uxores suas vt corpora sua. ¶ Tertium est, quod vir, & vxor sunt velut vnā arbor. Sicut plāta & ramus qui plantæ inseritur, vnam arborem efficiunt, & vnum fructum ferunt, & neuter illorum sufficiens est ad ferendum fructum: illud: sic nec vir, nec vxor sufficiens est ad generandā prolem: vnde debent amorem inuicē habere sicut ramus insitus adhaeret plantæ. *Matth. 19.* Iā non sunt duo, sed vna caro. ¶ Quartum est, quod mulier de costa viri formata est. Noluī Deus formare mulierem de limo terræ sicut virum; imò de carne, & osse viri, vt